

Opuscula

DOLOR COMMILITO,

Ob magna in Patriam ac Ecclesiam merita:

Illustri olim ac Magnifico Domino,

D. ALBRACHTO

DE DEMBIANY

DEMBINSKI,

VEXILLIFERO

DVCATVS ZATORIENSIS,

ad Regionem Vivorum

C O M E S,

Cujus Illustres Exuviæ, dùm magno omnium dolore

In Ecclesia Cracoviensi Fundationis suæ PP. Capucinorum

DEPONERENTVR,

Lugubri Stylo

A

M. IOANNE CHRYSOSTOMO TORTOWSKI,
in Alma Vniversitate Crac: Philosophiæ DOCTORE & PROFESSORE,

INDICATUS.

Anno militantis pro humana salute Christi 1720. *Die 8. Junij.*

CRACOVIÆ, Typis IACOBI MATYASZKIEWICZ.

Ná Herbowne Kleynoty
ZKOLLIGOWANYCH
DOMOW.



JAk to zacny Chorąży bydź w Niebie nie może,
Gdy mu káżdy życzliwy do tego pomoże,
Náwet Dámá w RAWICZU zá nim BOGA prośi,
Wszák znáć, gdy ręce w gorę ku Niebu podnośi.

DAmom Róże należą: więc RAWICZ wziął Twoie,
CHORĄŻYNO, y ták wszedł w Niebieskie Pokoie,
Ja rozumiem że iák go stroyno obaczono,
Ozdobie Twey y w Niebie mieyscá ustąpiono.

Wielmożney I.Mći Páni,

P. ZUZANNIE
z ZYDOWA
DEMBINSKIEY,
CHORĄZYNEY ZATORSKIEY, &c.
Páni y Dobrodzieyce.

POdobnoby był álbo máło dochwáły, álbo nie wiele do nieśmiertelnośći Imienia ſwego żył Wielmożny Chorąży, gdyby ſię tylko śmierć iego ná ſámym Sercá Twego żalu, á Cnotá ná iednego ięzyká Polſkiego uſundowáłá zálećeniu, Wielmożna Mośćia Dobrodźieyko. *Ják tylko mogł Prześwietney Fámilij Iego záśiądz ſplendor, ták dáleko ludźie, niby Memnona Státua Słońcem, rozgrzani, uſtá chwałą, á ſercá żalem nápełniáią. A daymy to żeby ſámo tylko obowiązáne Iemu w Tobie ſerce boláło, y ná to wieleby potrzebá ięzykow żałośc Twoię doſtátecznie wypowiedźieć. Wytłumáczyć bowiem tym więkſzych,*

im ſkrytſzych żalow Twoich wielą mowámi niepodobna, á coż iedną? Záćiąłby ſię wiem od żalu ieden Polſki ięzyk; więc do kompániy żáłośći drugiego potrzebuie. Polſką tylko á ná coż go okryśláć mową, gdy ſławá Jáśnie Wielmożnych DEMBINSKICH, *á Cnotá Wielmożnego Chorążego gránicámi ſię Polſkiemi nie kontentuiąc, y w cudzym ſię Kráiu ták bliſko oprzeć nie lubi, pokiby álbo w Europie Kápitolium, álbo w Azyi Olympu nie dośięgłá. Y owſzem ták dáleko ſobie metę chwały ſwey zámierzyłá, że choćby ſię gruntowne bo w quádrat ułożone Niebo z mieyſcá ſwego umknęło, tedyby ſię go doyść Pobożność chybkiego w ſzyku Chrześćiáńſkiey doſkonáłośći Chorążego Twego odważyłá. Y gdybyć iuż do tych dwoch ięzykow y Anielſkiego dobráć głoſu, y tym mowićby zá nim do potomnych wiekow należáło. Iákoż ile w Seráfickim Zakonie ná chwałę Boſką obroconych ieſt uſt, tyle ſię po cáłą wieczność znaydźie ięzykow, choyność Chorążego głoſzących. Te iednák Wielmożna Dobrodźieyko nie ták Cię przerażáć máią, ábyć żalu do żalu dodawáły, ále áby Cnoćie Iego ſtymy milczeniem*

nie

nie uięły. Więc gdy też idźie przed konſpekt Wielm: W. M. M. Páni y Dobrodźieyki w towárzyſtwie żalu żałobny Kártelúß, nie łez Twoich, ále godney godnego Mężá Twego pámięći pretenduie. Opłákáć go iák żalu godźien niepodobna, ále áby w pámięći był czáſow, chwalebnych uczynkow Iego wyćiąga nieśmiertelność. Y dlategoć głośić go będźie Oyczyzná z áfektu, Kośćioły z choynośći, Fráńćiſzká Synowie ze wſzytkiego. Ták bowiem gruntownie ſobie w wieczności fundáment ſławy záłożył: że poki Pobożność cenę, ſzczodrobliwość záwdźięczenie, á káżda Cnotá Kándor mieć będźie, poty Wielmożnego Chorążego pámięć rozkwitáć ma w myślách potomnośći. Do ktorych Imienia Iego zaſzczytow gdy nie mnieyſze z Wielmożney W M. M. Páni y Dobr: przybywa zálecenie, w pierwſzym on będźie wſzyſtkich wiekow pomyśleniu. Kiedykolwiek ſobie Polſki świát wſpomni Wielmożnego Rodźicá Twego niesfátygowáną pracámi y látámi przy Polſkich Areopágách Oſobę, oſądźi: że iáko on dla niezwyczáyney mądrośći y nienáruſzoney przez pięćdźieśiąt y więcey lat ſpráwie-

wie-

wiedliwośći godźien nieśmiertelnego w pámięći zátrzymánia, ták y ten ktory w dożywotniey z Wielmożną WM. M. Pánią y Dobr: żyiąc przyiáźni, rowney pártycypował ſławy, nie ma bydź z Cnotą ſwoią z umyſłow rugowany. Lecz oprocz tych oznáymienia ſię ſpoſobow widźieć go będźie świát w żywych Cnot Iego rytráktách, to ieſt: w Wielmożney I. Mći P. Krystynie Wilkonskiey *Stárośćiney Bodáczowſkiey, Nayukocháńſzey Tobie y Iemu Corze, y w ukochanych zacnego Oycá Aſkániuſzách* Franciszku *y* Ianie *Tobie ná iedyną po zmárłym Oycu poćiechę zoſtáwionych. Y kiedy ſię dobrze ná wſpániáłe ich wpátrzy ákcye, dopiero uzna: iákiey æſtymácyi wielkiego utráćił Chorążego. A że żyćie Iego potomnym látom miłeby było, rozumiem że gdy iuż im Iego mieć niemożna, pámięć przynamniey ſáma żyćia Iego przyſzłe czáſy kontentowáć będźie. Y tęć ia ſczupłemi dwoch ięzykow okryśliwſzy peryodámi, gdy ná ręce Wielmożney W M. W. Páni y Dobrodźieyki ſkłádam, ſowitych w rękompenſę żalow życzę poćiech.*

Wielmożney W M. M. P. y Dobrodźieyki,

Nayniżſzy Sługá
Ms Ian Chryzostom Torzowski

DOLOR
COMMILITO.

QVi lacrymas oculis,
qui corde gemitum condis:
ſub Doloris vexillum adſis Commilito.
Non Mars ſed Mors
caſtra metatur,
è ſtativis igitur ſuis
ad ferale quisque advolet claſsicum.
Nulla hic non militandi libertas,
nullum non pugnandi Privilegium:
Etiam in liberrima gente,
hæc non currit exceptio:
non moriar.
Quem natura genuit, hac lege aluit:
ut tandem Athleta, morti ſuccumbat.
Sors noſtra mortalium verior Bellona eſt,
quæ cædibus hominum innutrita,
cupreſſo mavult ſquallere potiùs,
quàm laureis eminere.
E theatro illa vitæ extorris in feretrum,
Phantaſticum corpus eſt:
in tantam provecta audaciam,

ut majorem mundum animo,
minores mundos animâ deijciat.
Tam Vniverſo infeſta:
ut totum Orbem
præſtigiosâ ſuâ infectum virulentiâ,
orbet decoribus:
Ita, ut mundus, mundum ſe
in impreſsis maculis non agnoſcens,
contra munditiem peccare cenſeatur.
Vbi, ah dolendum nobis!
quòd eo careamus ceromate,
quo inuncti, fatis
extrema fata minaremur.
O ſi nunc aliqua pateret Vulcania!
tot Achilles prodiremus, quot homines,
contra mortem
immortalibus armis certaturi.
Hæc deſunt nobis,
ideò ſæpè ad noſtras ruinas
Mors exultat ſupplantatrix.
Pejus dixero malo noſtro,
conjurato impetu contra nos
affinis noſtra proruit Libitina:
ac ex conſangvinitatis arbore
ultimas nobis format lineas.

Conne-

Connexa inquam cuiq; eſt naturæ vinculo,
ſoluta in omne nefas Soror,
deteſtanda omnibus, deflenda ſingulis,
à nemine diris non donanda.
Soluit unionem hic nexus,
rumpit fædera ea connexio,
ad bella provocat
præfata concordia.
Oh cæli! oh Superi!
date media,
quibus extremis noſtris occurramus:
vel nunc maximè ferte ſuppetias,
ubi miſeri
ad dolorum ſpectacula evocamur.
Vbi cujuſq; DOLOR COMMILITO,
ſub mæroris approperans vexillum
ſolarum lacrymarum attrahit ſubſidium.
Itaq; jam prælio tempus,
ſpectate cunctorum oculi,
certamen is hic inibit fortior,
qui ex nobis, ad lacrymas promptior.
Igitur, erigimus doloris ſigna,
ubi cadit VEXILLIFER.
Opponimus fatis flebile pectus
quorum injuriam in ſublato

Illustri olim ac Magnifico Domino,

D. ALBRACHTO
DE DEMBIANY
DEMBINSKI,
VEXILLIFERO
DVCATVS ZATORIENSIS,

vix corde possumus tolerare.
Permittimus quassari viscera,
si à tanto Capite,
adversæ sortis furor non abstinuit.
Eheu sæcula!
& tot protensi annorum tractus!
in hac meta infortunij nostri,
Vos stare impero.
Cur Magnis nuper arrisistis DEMBINSCIIS?
quos nunc graviter lugere cogitis;
Cur contra stupendam illorum hostibus fortitudinem
vibratis ictus, infertis mortem, paratis funera?
Momento id credo factum,
ferale igitur hoc DEMBINSCIIS Instans
ad Tribunal sistamus temporum.
Iudicari omnino debet Dies Vigesima Sexta Mensis Maij,
non ab Anno solùm cujus est,
Vigesimo supra Millesimum Septingentesimum,
sed ab omnibus:
quia contra omnium desiderium,
tollere Orbe,
Patrij Orbis decus arbitrata.
Sed pace sæcularis Iudicij

à no-

à nobis ipsis sic mulctabitur dies obitûs:
Quæ contra commune bonum
homicidio peccavit DEMBINSCII.
In annalibus Polonorum,
in rebus gestis Gentis DEMBINSCIANÆ,
à Capite suam legat ignominiam.
Præterea semper non benè audiat,
quæ tantum malum audebat perpetrare.
Nefasta omni dicatur ævo,
quoniam nostræ felicitatis naufragatrix
ad doloris Scyllas,
fato optimi CIVIS allidi fecit pectus;
corda in varios dispersit luctus,
& animis serenum subtrahendo,
sola nubila induxit supercilijs:
At quod majoris doloris incentivum,
tantam tanti VIRI jacturam,
nondum arbitraria diei compensat mulcta!
Lancinant imò magis pectus nostrum lanceæ;
quibus cæsus ADALBERTVS,
nobis in suo vulnere mortifero,
vivum fontem aperuit lacrymarum.
Hinc
exsiliunt pro extrema dolorum siti
servati rigui gemitus:
tàm abundè
ut pectora huic devincta
in salsos fluvios resolvantur.
Adeò profundè inhæsit cordibus dolor:
ut lacrymæ minentur diluvium:
si crebrò de talium fato,
quorum prima idæa DEMBINSCIVS,
commune optimorum votum conqueratur.

Quanquam & in argumentum
concepti ex mortuo doloris,
jam longè latèq; ſalſa de oculis
exundavit ſcaturigo:
quoniam corde ipſo tenus
quiſq; Supremorum Spectator
ingentibus innatat dolorum fluctibus.
Et primò
Naufraga hic in lacrymarum profluvio
ſpectet Orbis
Illuſtriſſimæ Domûs DEMBINSCIANÆ ornamenta.
Olim hæc ſplendidiſsima Argo
per ampliſsima Angliæ, Bòëmiæ, aliorumq; Regnorum ſpatia tranſcurrens,
ſolis virtutibus ac meritis oneraria,
cùm polum etiam Poloniæ non dedignaretur,
meſſem gloriæ quam quæſivit,
Heroum ſuum fortitudine,
Imperatorum infracto robore,
Senatorum conſilio,
in Martis arenâ, in Curulibus, in Areopago
collegit benemerita.
Itaq; ob horum magnitudinem meritorum,
altiùs Romuleis aſſurgit collibus,
vel potiùs Romanâ rotâ,
incurrit gloriæ celſitudinem.
Eminentiſſimus olim S.R.E. Cardinalis
VINCENTIVS
DEMBINSKI,
ARCHIEPISCOPVS GNESNENSIS.
Quem

Quem recto honorum tramite consequitur,
Illustrissimus olim ac Excellentissimus,
D. VALENTINVS DEMBINSKI,
primùm SANDECENSIS, mox BECENSIS, post rectos tandem fasces REFERENDARII, THESAURARII, atq; Supremi Regni CANCELLARII,
CASTELLANVS CRACOVIENSIS;
Senator de Regibus,
SIGISMVNDO I. SIGISMVNDO AVGVSTO,
ac tota Republica benemeritus.
Perstringit imò hucusq; aures nostras ea fama,
ipsis sæculorum monumentis inserta,
quòd nusquam felicior fuerit Polonia;
quàm tum, dum
pro sua libertate, potiùs quàm pro Romana Fabij,
Heròés excubant DEMBINSCII.
Non trecenti pro illa mori parati;
sed omnes huic periculo expositi,
quo, in tuto stet
META exotici livoris Sarmatarum libertas.
Talis tantæq; fortitudinis Idæas solùm produco;
Illustrisimos olim IACOBVM Palatinum Sandomirien:
IACOBVM Castellanum Małogostensem,
ANDREAM Iudicem Terrestrem Sandomiriensem,
MATTHIAM sub STEPHANO Exercitûs Polonici
Ductorem, DEMBINSCIOS.
Et quantus esset Nominum apparatus?
si proferrem exemplaria.
Vel expansis manibus
RAVITICA id monstrat Amazon,
quòd omnem conatum, cunctas vires,
imò seipsos totos,
dederint ILLVSTRISSIMI DEMBINSCII,

 in Pa-

in Patriæ obſequium; Eccleſiæ tutelam;
& commune commodum.
Pacto hoc, magna Nomina, à Vobis habemus nosmetipſos:
quia in periculis ſeruatos,
in bellis defenſos, pace quietos.
Vbiq; tam Vobis addictiſsimos,
quàm Vos pro nobis, pro Republica, pro æquitate,
in arma, in Conſilia, in immortalia opera,
à tot ſæculis legimus, nunc advertimus,
futuris temporibus mirabimur prõptiſsimos, paratiſsimos:
En quantum laudis negotium,
DOMVS una RAVITARVM!
quid ſi in alteram Illuſtriſsimorum DEMBINSCIORVM
me conferrem.
Boni Superi!
quanta Nomina! quanti Viri!
exhaurirent priùs mentem encomia,
quàm in faſtigio gloriæ illorum,
ſtaret laudantis conatus.
Armis differunt à ſe, cùm armorum virtute conveniant,
Nominibus, tituliſq; còéunt,
Qui factis non diſcrepant immortalibus.
Diviſi Domo,
ſemper in ijsdem gloriæ poſiti penetralibus.
Et ſi unam nunc non conſtituant Familiam,
ſub uno tamen genere laudis reponuntur.
Verè Cathegoriam encomiorum
Summa hæc efficiunt Genera,
quæ quidquid maximum, quidquid ampliſsimum Orbis tenet,
Polonia prehendit,
id totum ſuo ambitu complectuntur.
Auſim

Aufim & Tranfcendentiam illis adfcribere;
ita illis omnia decora communia:
ut non imbibi illis,
fed potiùs ab illis omnes tituli, fafces, curules,
Clavæ, tiaræ abforberi videantur.
Sed quàm longum adhuc iter fupereft,
quo Vos Veftramq; gloriam fequar,
unus fingulorum.
Singulis, finguli vix fufficerent Encomiaftæ:
plura fiquidem egiftis,
longè majora à Vobis opera procefsêre,
quàm verba dicentibus fatis funt.
Ergò Vos potiùs filentio venerata penna,
alijs etiam celebrandos relinquit.
Satis enim ardua cum uno Veftro VEXILLIFERO
tantisper illi res eft.
Illuftrifsimam is DOMûS fuæ nactus Lucinam,
ceras Majorum extingvendo accendit.
Hoc enim ille virtutibus egit, quod Sol radijs;
nimirùm addendo lumen lumini,
obfervari alienum non permifit,
quia fuum fufficiens in *Zodiaco Vitæ* explicuit.
Nec Majoribus injuriam fecit Nepos gloriofus,
quod Illorum antecefsit magnitudinem.
Vinci à pofteris gloria eft Majorum,
& commendatio peractæ vitæ,
non degener Succeffor.
Hic triumphus PHILIPPO Patri,
quòd minor fit Magno Filio.
Qui tum, intra Macedoniam Orbem habere vifus,
dùm Orbi ALEXANDER immineret.
Commendari equidem Illuftrifsimo Sangvine
debuit *Illuftris* VEXILLIFER.

Nam & hoc Virtutis indicium
non è humilibus rivis,
ſed è profundis clarioris ortûs enatare fluminibus.
Anguſta flumina ſæpè limo commiſta,
rarò puris ſcaturiunt lymphis.
Potior Oceanus, nam latior:
ejus undæ gloria, ſolæ gemmæ, ſuccinum, coralia.
Attamen,
colorem à ſolo ſangvine petere,
quædam ſpectantium illuſio eſt.
Nam & egregijs Nobilis ortûs lineamentis
addi debet Virtutis proportio.
Ab utroq; laudandus VEXILLIFER;
quia utrumq; complexus.
Genus nempè Illuſtriſſimum,
ſplendidiſsimæ Virtuti maritando,
è laudatiſsimo hoc thalamo gloriam ſperavit, & ſuſcepit.
Et meritò,
Virtutis nempè certus Gloria partus,
tantò venuſtior,
quantò actio Virtutis eminentior.
Improbari itaq; non poſſunt encomia mortui,
qui quàmdiu viveret
& agere, & pati laudanda, cenſuit principale:
CIVIS PATRIÆ,
primum amorem Patriæ dedicavit.
Palatinatûs Cracovienſis Incola,
Palatinatui tantùm adjecit decoris,
quantùm vel poſcebat occaſio,
vel certè ſua magnanimitas animi prætendebat.
Iuven-

Iuventam in gloriam formando senectutis,
teneros annos virtute solâ stabilivit.
Crescere aliter non duxit meliùs,
quàm ad incrementum probitatis:
non congruum existimans;
proceritate corporis assurgere, cùm sua virtus humi reperet:
Planè illorum abhorruit æqualitatem,
qui transcendendo Virtutem fiunt excessivi.
semper in medio quoad vixit, se tenuit:
ut ita ad laudabilia extrema deveniret.
A puncto vitæ, ad periodum ejusdem
nec medias quidem admisit notas:
in hoc tantùm notandus,
quòd nonnisi notari debeat ad encomia.
Prima illius solicitudo de Literis fuit,
quas ideò suarum laudum vocales habet,
quòd illarum instructioni consonam vitam egerit.
Ita GENTILITIOS DOMûS suæ splendores
Tytaneo Scientiarum succendit radio:

Ratus,

si desit distinctum lumen rationis Nobili,
fuliginosum esse illius Nomen,
quamvis trahatur ab Illustribus.

Nec frustra pulverem trivit Scholasticum:
ut ex atomis surrexere montes;
sic ex parvis in schola studijs,
magnæ circa Patriam DEMBINSCIO curæ contigere.
LEGATVS ad Comitia, hoc semper promovit,
quod Ecclesiam firmaret, Patriæ prodesset,
& Libertati non noceret.

Libera voce,

non in obsequium usus privati commodi, eos confudit,
qui pro ordinata libertate

licentiosam in Polonia cuperent libertatem.
Non quod licuit, id omnino persuasit:
sed quòd Filium Patriæ decuit,
id in Patriæ bonum, fieri laboravit.
Intra bella Civilia, bellô abstinuit:
non quod arma vel Virtus Heroa defuisset;
sed ne contra legem naturæ peccasset,
quæ unius corporis membra discordare non permittit.
Evocabatur ad dandas sententias,
IVDEX DEPVTATVS.
Vndè in Polono TRIBVNALI
Atheniensem se gessit Areopagitam,
ligatos nimirùm voluit habere oculos:
nè sua Themis,
vel ad auri nitorem cæcutiret,
vel ad blanditias spei dormitaret.
Verè Regula Patrij Iuris DEMBINSCIVS,
cujus viva si observentur præcepta,
nihil erit in Polonia captu faciliùs, quàm Iustitia.
Pro his ac talibus meritis, præmia merebatur,
eò potiori titulo,
quò absq; mercedis ostentamento, impensiùs laboravit.
non eos secutus, qui plumea celeritate ad præmia,
ipsi plumbei ad ardua, gradiuntur.
Sed quid? Magnos Honores à magna Virtute
discretos esse voluit:
ne fortè sui errasset Spectator,
ob quid horum videretur maximus.
Voluit itaq; honores infra se habere,
& Virtute eminere:
Plerumq; enim eo fit ordine
ut multorum honor transcendendò Virtutem
debitum non servet æquilibrium.

Men-

Mensura honoris virtus est,
inter utrumq; debet esse proportio.
Imò si excedatur honor Virtutibus,
& non excedat:
laudis est materia non ignominiæ argumentum.
Hic occurro posteritatis quæstioni.
Quæret illa quis fuerit ALBERTVS DEMBINSKI?
An Polonus Eques? ex nomine noscet.
Cujus Palatinatûs Incola? suum Cracoviensis asseret.
Sed an Senator, an Imperator?
dicet sæculum sæculo, fuit his titulis major.
Nam quæ meruit, noluit subselia.
Sedentariam vitam perosus,
ubi ad gloriam est decurrendum.
Et quamvis curulis à curru proveniat,
maluit tamen se semper Equitem videre,
ne illa curulis farrago,
se impediret fuisse ad gloriam expeditum;
Soli tantùm Ducatui Zatoriensi
signum gratitudinis defert, illius VEXILLIFER:
cujus Aquilæ pennis, usq; ad tumulum latus,
CIVIS meritissimus,
Principem se ad omnes honores demonstravit.
Aquilam hanc
vel Tonantis Ministram dixero,
ad cujus nutum, Cælo usq; extulit DEMBINSCIVM.
Siquidem usus hoc honore non ad nominis pompam:
ut fortè VEXILLIFER,
aut ingenti comitatu oculos involasset hominum,
aut jactaret se esse talem,
cui omnis honor Commilito.

 Absit

Abſit hoc à noſtra opinione,
quod abfuit à ſenſu DEMBINSCII.
Potiùs DEO, ac Poſteritati ſuæ
ſub hoc ſigno, quod geſsit, militavit.
Et cùm nervum tam glorioſi certaminis haberet;
puto quod Cælum fortiter aggreſſus, expugnavit.
Opes hic & bona intelligo,
nec malè, nec in malum conquiſita.
Labore, qui nobilem decuit:
curis, quas verſare generoſæ menti licuit,
Facultates paravit.
Non tamen illas, quæ utriq; parti ſervirent,
id eſt DEO & mammonæ.
Qui pietate in DEVM ferebatur,
erga eundem voluit eſſe religioſus,
vel hoc (inter plurima) documento,
quòd Religioſam Divi FRANCISCI PP. Capucinorum
Familiam impensè amando,
paupertati illius levandæ impenſas non oderit.
Extorres hi mundo voluntarij
quùm cum Chriſto capiti reclinando
locum non haberent,
illis de loco & ædibus ære DEMBINSCII proviſum.
Nec debebant alibi Cæleſtis militiæ Primi,
Patres inquam Seraphici quærere Stationem.
quàm ad Palatium Benefactoris VEXILLIFERI;
ut cùm ſe expugnaret beneficijs, illi ad latus ejuſdem,
pro anima illius excubarent.
Surrexit igitur digna DEO, digna FRANCISCO ſacra
Annuntiatæ Virginis Ædes,
cum manifeſto ſæculis teſtimonio,
ita nummos à DEMBINSCIO profuſos:

ut

ut illis paupertas Incarnati Numinis;
in egenis Capucinis ditaretur.
O nimiùm dilecte DEO VEXILLIFER
Tibi militat æther obligatus.
Si juvari poſcis: non manus Chriſti
ac FRANCISCI otioſæ.
Si Cælo vis uniri: non fruſtra FRANCISCO propendet funes.
Si ſuperos optas benevolos: Cælum ſecurus ingredere:
jam pridem Superum benevolentiam,
Tua in Superos impetravit liberalitas.
Ita felicem dixero DEMBINSCIVM,
cui & FELIX à Cantalitio
ſuam debet promulgatam ſanctitatem,
& devotæ Sancto animæ
ſuam attribuunt felicitatem.
Non avolat hinc
& pennata Lauretanæ Virginis Domus,
nec periculum alio migrandi ingerit,
quàm ſolidè loco affixit beneficijs,
Cælorum jam Inquilinus VEXILLIFER.
Stabit hæc, ſtabitq; ſocia
mille operibus jam Cælo coronatis.
Pro quibus
Campum æternitatis retinens DEMBINSCIVS,
ſub ſuo ſigno militandi,
ingens omnibus movet deſiderium:
Cui contigerit
agere ibi VEXILLIFERO Commilitonem,
Heròém dicam,
quanquam monſtret ſe nunc in doloribus Athletam.
Etiam vinci quandoq; lacrymis palmare decus,
& ſuccumbere dolori eſt triumphus.
Sed Vos in hac primos video acie,

alibi fortitudine
in corde VEXILLIFERI Fratris
amore Heroës
Illustrissime & Excellentissime D.
D. FRANCISCE DEMBINSKI,
CASTELLANE WOYNICENSIS, &c.
& Illustris ac Magnifice D.
D. ANTONI DEMBINSKI,
VENATOR CRACOVIENSIS.
Hinc compensari vobis debent lacrymæ Cælorum risu,
ater dolor honorum meridie,
sepulchrales umbræ prætextarum sereno.
Satis ad gloriam se ille vixisse ducit,
cum mortuus
in gratam Fratrum transit memoriam.
Quanquam & apud Te
jucundam metatur stationem VEXILLIFER,
Perillustris & Reverendissime D.
D. STEPHANE DEMBINSKI
Supreme Regni CVSTOS, CANONICE Cracoviensis,
ad Tribunal Regni IUDEX Deputate, &c.
Pænam quidem innocentia,
supplicium virtus non meretur.
Tu tamen illam æterno damna pectoris tui carcere.
Non effringet vincula noscens Te,
non Regnorum tantùm, sed & animorum
CUSTODEM æstimatissimum.
Tantorum Nominum apparatu
ductus in Cælum VEXILLIFER,
Te lance Themidis fessum

Illu-

Illustris ac Magnifice D.
D. ANDREA ZYDOWSKI,
VEXILLIFER CRACOVIENSIS, &c.
ultra sæculum sospitem optat,
nec Cælos aditurum, nisi cùm decreveris,
olim Iudex hic,
cujus sententiæ, actis Cælorum inscriptæ,
Parcarum à Te arcent comminatoriam.
Æneas ille in Domo Tua,
Laviniæ Tuæ felix consortio,
etiam post funera perpetuum in mente Tua agat Indigetem.
Quòd idem certo sibi à Te pollicetur
Illustris ac Magnifice D.
D. CASIMIRE *Odrowąż* WILKONSKI,
CAPITANEE BODACZOVIENSIS,
portio Tibi illius sangvinis, vel ideò contigit:
ut cùm Te nunc illi des Doloris Comitem,
post agas in honoribus Præcursorem.
Ita dum affines revolvo dolores
Celsissimorum Ducum ac Principum,
RADZIVILIORUM, SANGUSZKORUM, LUBOMIRSCIORUM, SAPIECHARUM, *Illustrissimorum* SZEMBECIORUM, WIELOPOLSCIORUM, MORSTINORUM, MAŁACHOVIORUM, PIEGŁOVIORUM, STRASZEWSCIORUM,
etiam remotam mihi mentem Capitis aperire liceat
Illustrissimi ac Excellentissimi D.
D. BOGUSLAI à ŁUBNA ŁUBIENSKI,
SUBDAPIFERI Regni, ac Serenissimæ Reip: Polonæ Exercitùs Generalis, Oycoviensis CAPITANEI, &c.
Intelligentia hæc,
optimè ultimam defuncti diriget voluntatem.

Vbi jam felix pluries vel ideò repetendus VEXILLIFER,
quòd post ordinatissimæ vitæ decursum,
adhuc & in lacrymis faventium servet ordinem.
Alteratus sui fati impulsu sangvis dolere debet,
& amicitiæ nexus Parcarum odiô impetitus,
in gratos tamen rumpi gemitus.
Ex quo lacrymarum concursu
facile resultat DOLOR COMMILITO,
EQVITI Nobilissimo ad gloriam,
CIVI Meritissimo ad Patriam,
VEXILLIFERO dignissimo in Regionem vivorū Comes.
Quanquam solitudinem pietatis,
amplexa semper DEMBINSCII Virtus,
& huic renuntiaret comitatui,
sed tamen à nobis omninò
in laudis societatem trahi debuerat.
Commendari illa maximè debent, quæ ut suam laudem tegant,
humilitate vestiri desiderant.
Squallet atra Capucij lana VEXILLIFER
in documentum Posteris,
etiam magnum nominis splendorem bene atrore obduci,
ubi majoris splendoris allucet fiducia.
Vestis hæc quam ultimò induit, Religiosa quidem est,
sed tamen cælestibus apta nuptijs.
Imò cùm vellus in se referat, nihil abest, quin ALBERTVS
sequatur Cælestem Agnum quocunq; ierit.
Hanc jam sine dubio viam ingressus, sibi æternam quietem,
nobis longum militandi dolendo negotium imperavit.
Dolebunt itaq; vivi, viventium normam.
Lugebunt fatis proximi, morientium exemplar.
Vnum VEXILLIFERVM
in omnium imitationem propositum
omnes lacrymis comitabuntur.
Singulorumq; in gratiam
VEXILLIFERI
stabit semper ad ostium immortalitatis
DOLOR COMMILITO.





